Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



simi obumbrabit tibi ⁊ ideoq; quod nascetur ex te sanctum
uocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua ⁊ et ipsa
concepit filium in senectute sua Et hic mensis est
sextus illi que uocatur sterilis ⁊ quia non erit impossibi
le apud deum omne uerbum Dixit autem maria ~~ad an~~
~~gelum~~. Ecce ancilla domini ⁊ fiat michi secundum uerbum tuum
Hec dicit dominus deus. Fr vi. Esaie prophete
Egredietur uirga de radice yesse ⁊ flos de
radice eius ascendet ⁊ requiescet super eum spiritus domini
spiritus sapientie ⁊ intellectus. spiritus consilii ⁊ fortitudinis spiritus scientie
et pietatis ⁊ replebit eum spiritus timoris domini Non secundum
uisionem oculorum iudicabit neque secundum auditum auri
um arguet. sed iudicabit in iusticia pauperes ⁊ argui
et in equitate pro mansuetis terre Et percuciet terram
uirga oris sui ⁊ spiritu labiorum suorum interficiet impium
Et erit iusticia cingulum lumborum eius ⁊ fides cinc
torium renum eius. Secundum Lucam
In illo tempore. Exurgens maria ⁊ abiit in montana
cum festinacione in ciuitatem iuda ⁊ intrauit in do
mum zacharie ⁊ salutauit elyzabet Et factum est ut
audiuit salutacionem marie elizabet ⁊ exultauit ~~in~~
~~gaudio~~ infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto e
lizabeth ⁊ et exclamauit uoce magna et dixit
Benedicta tu inter mulieres ⁊ benedictus fructus uentris tui